Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30277
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

qui est candor lucis eterne. uenit candidari? Qui
peccatum nō fecit. nec inuentus ē dolus in ore eius. q̄
mandat omnia uerbo uirtutis sue. uenit mundari?
Et qui omnia purificat. uenit purificari? Sup nos
ē iste sermo sup racionē humanā. archana diuini
tatis discutere misteria. Credere iubemur. discutere
prohibemur: Colles enī sumus. et ille transilit colles.
Sic dicit sp̄c scūs saliens in montib; et transiliens colles.
Quomodo salit in montib;? Videte duos montes
Symeonē senē et annā aniculam exspectantes uidere
dn̄m uenientē ad purificationē. ut ip̄m representatū
dn̄o in templum susciperent et ei occurrant. Idō exspec
tabant et responsum acceperant ut nō uiderent mortē
nisi prius uiderent xp̄m dn̄i ut ei occurrant et sibi occur
rant et suscipiant dn̄m. Inde uocatur hec dies ypa
panti dn̄i idē duoꝝ occursus. et occursus ad suscipi
endum eū. Quomō iste puer salijt in montē Syme
onē? Illuminauit dn̄s intellectū illi racionē illi
ut cognosceret dn̄m in carne uenisse. Vn̄ ipse Sy
meon ait ad dn̄m. Quia uiderunt oculi mei salu
tare tuū. idē saluatorē dn̄m nr̄m ihm xp̄m qui
saluum faciet pplm suū a peccatis eoꝝ. idē uiderunt
lumen quod parasti ante faciē omniū pploꝝ. Ita ergo
saluit dn̄s in montē istū senē Symeonē. ut ipse
dn̄m portaret et dn̄s ip̄m regeret et dirigeret senē.
Dicatur ergo. Et statim ueniet ad templum scm̄ tuū
dn̄ator dn̄s ut purificetur qui ē puritas omnium
puritatum qui ē sinceritas omniū sinceritatū. Sed
quare hoc? Quia ip̄e uenerat nō soluere legē. sed adim
plere. et sic dixerat precursori suo Iohi sine m̄. sic decet
nos implere omnē iusticiā. Ecce habes quod ad puri
ficationē dn̄s uenit. Sed numquid solus uenit? Vna
cū dn̄o. mater uenit cū filio ad se purificandū. Su
per filio dī et optulerunt pro eo dn̄o par turturum aut
duos pullos columbarū. Sup matrē dn̄i euangeli
zatur. Postquam cōpleti sunt dies purgacionis Marie.
secdm legem moysi. Quib; et ex quib; ostenditur quod
utriq; purificari aduenerant.

Dat enī. qui in ea natū ē. de sp̄u scō ē.
Et ita ē mater pulchre d. Mater
pulchre d. ē quia pulchritudi
ne uirginea uirgo ante partū.
uirgo in partu. uirgo post partū
a dī filio ē agnita. et in eter
nū permanet. Ipsa enī ex s.s.
i. ex dilectione concep.

Venit ergo mater cū filio ad purificatio
nē festiuitatis hodierne. Que mater uenit?
Mater pulchre dilectionis. mater pulchre agnicionis.
mater timoris. mater prius et scē spei. Mater incorrup
ta. mater inuiolata. mater pudorata. Tota pulchra
et formosa. tota suauis et sine macula. Mater pulchre
dilectionis. quia pulchre ex dilectione concepit. Di
lectio enī et amor patris et filii et sp̄c scs ē. Et quia de sp̄u
scō inuenta ē habens in utero. idō uirgo perpetua et in
uiolata semper permansit. Mater timoris. i. pudoris.
Disce uirginē morib;. disce uerecundia. disce ora
culo. disce miraculo. Sui uirginū ē ad animum
uiroꝝ trepidare. ingressus simul et adfatus. Mater
scē spei quia una et sola ē Maria spes reoꝝ in hoc sa
Quid ergo o beata mater Vlo peccoꝝ
o regina celi. o uirgo uirginū. o sacrariū
sp̄c scī quid ad purificandū . . uenis? O stella ma
ris. o mater luminis. o ab omni labe mundissima. quam
sp̄c scs̄ mundauit. et cellā et habitaculū dignissimū
regi celoꝝ preparauit. o archa scificationis dn̄i quid tibi
et purificationi? Numquid inte nigredo ē que to
ta ē speciosa et formosa que candidari debeat? Nu
quid inte ullus fuscor. que lucidari debeat? Eru
bescat ergo iudeus infelix qui dicit te nigrā commixtio
ne uirili cū tota sis formosa. Nolite frs considerare
beatam Mariam quod fusca sit. Non enim ē fus
ca sed sol iudaice perfidie sua eam oppinione fusca
uit. Ergo uidete miraculū matris dn̄i que hodie ad
purificationē aduenit. que quadrantē huma
ni generis suo quadrante mundissimo totū hodie
per suā purificationē mundauit. Cuius hodie cōpleti
sunt dies purificationis. quater denī quadrantis
ut nō sui sed nr̄e carnis quadrantē. i. quicquid dem
q; calore quicquid torpore quicquid mundi dulcedi
ne quicquid denuq; terrenitate que humani ē corporis
ultimus quadrans commisimus. id totū per suā purifica
tionē purgaret.

Postquam autem impleti sunt
dies purificationis Marie Symeon et
anna tulerunt illum haut dubium saluatorē
in ierlm ut sisterent eū dn̄o. Quid ē ut sisterent
eū dn̄o? Idē ut eū monstrarent esse sanctū esse
sanctū. idē scm̄. et firmatū corā dn̄o sic̄ scriptum
ē quia omne masculinū adaperiens uuluā. scm̄ dn̄o
uocabitur. idē sanctificatū firmatū et stabilitum
corā dn̄o. Denuq; iste solus ē ille masculus qui aperuit
matrem qui exiuit per clausā portam deus et homo. Istū
ergo sisterunt dn̄o quia eiusdē ee eiusdē subsistencie. eiusdē
usye eiusdē diuinitatis et equalitatis crediderunt
predicauerunt eū cū dn̄o patre. ut dn̄s esset dn̄o et ad ho
norē dn̄o et eidē sistencie prius cū dn̄o.

Porro is qui ē diues in omnib;. quem inuocant
eū. cuius sunt omnes fere siluarum iumē
ta in montib; et boues. et oīa uolatilia celi. nolu
it nō pauperum hostia pro se offerri. ut humilitatem
et scōꝝ altissimā paupertatē doceret. scilicet par tur
turum aut duos pullos columbarū. Cui optule
runt? Vnō patri optulerunt. dn̄o filio dn̄o scō
sp̄ui optulerunt. Sed pro eo plane optulerunt. qui
toci mundi uictima in ara crucis erat futurus
patri pro filio uirginis optulerunt pro filio nimirū ho
minis optulerunt oblationē filio dī ut propheta con
pleatur. oratio mea in sinū meū conuertatur. Er
go pro dn̄o dn̄o optulerunt. pro dn̄o deo optulerunt
dn̄o deo. Sed uidetur quasi sic filius optulit se deo patri
nō pro se. sed pro toto mundo ita optulerunt pro eo idem
pro humanitate generis humani que erat in eo. op
tulerunt inquit dn̄o par turturum aut duos
pullos columbarū. Sic audiuimus ergo frs sic ui
dimus in ciuitate dn̄i uirtutū. idē in beata uirgi
ne Maria que ē ciuitas regis magni de qua